ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 105v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



& nominis recordatione temptationis pon
dus accumularetur. & paternus affectus
tor queretur. Ex memoria pfessionis
dum ante dñs dixit ad eum in isaac uoca
bitur tibi semen, quasi si ille occidere
tur, tota spes pmissione frustaretur.
& cur non statim licuit ei occidere filium
sed triduana itineris mora cum immola
turus secum duci iussus ē. quatenus lon
gitudine temporis temptationis quo
que augeretur incrementum. Nam p
triduum itē protenditur. & per totū
triduum crescentibus curis paterna
uiscera cruciantur. ut omni hoc spatio
tam prolixo intueretur filium pater.
cibum cum eo sumeret, tot noctibus pu
er penderet in amplexibus patris
inhereret pectori cubitaret in gremio.
quatenus p singula momēta in paterno
affectu dolor occidendi filii accumula
retur; Si abraham indubitanter firmo
animo cogitabat mactare puerū dño
in holocaustum. quid ē. quod dix̄ pueris